se suorumque successores ipse super bonis suis quibusvis omnibus et summis
pecuniariis habitis et habendis eidem Spectabili Joanni Helcner eiusque
posteris inscribit et obligat non contradictum imo eandem pro rata et gra-
to susceptum sub alio simili vadio octingentorum florenorum polonicorum ob con-
tradictionem transportationis inscriptionis praesentis modo praemisso faciendo
ad solvendumque succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo
praemisso ad solvendumque succumbendum ac pro se aliqua principali ex prae-
missis non completa complendisque praemissis citatus existens praeno-
minatus regens Generosus Joannes Mielecki aut eius successores ad
instantiam evocati Famati et Spectabilis Joannis Helcner Civis
Premisliensis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense exhic
recessu suprascripto quoad reindum spectat mediante semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere mdese
vadia praefacta luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat
eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentis
causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum ser-
vitio militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dillationi-
bus et legalibus impedimentis non defendendo ad quietationem ultra
proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi
non accipiendo nullasque motiones appellationes ac earundem prosecutiones fa-
ciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasio-
nibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrestri bello
Conventione et aliis quibusvis iuris remediis et defensis non sub-
terfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Jedrzeiowski Filio suo Donat

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capi-
tanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Jedrzeiowski de Jedrze-
iow bonorum villae Grodowice haeres sanus mente et corpore existens
a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis proprii
et competentis recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis
omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere publi-
ce ac per expressum recognovit. Quia ipse totam et integram medieta-
tem bonorum praefatorum villae Grodowice et praedii Lozow in terra et
districtu praesenti Premisliensi consistentium per se vero regentem modo
prioris acquisitis Cum omni bonorum praefatorum medietatis videlicet
villae Grodowice et praedii Lozow iure dominio et proprietate tituloque haere-
ditario omnibusque et singulis medietatis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus
proventibus redditibus emolumentis obventionibus subditis hortulanis
inquilinis eorumque laboribus censibus dationibus vectigalibus maniis ac se-
quis attinentiis et pertinentiis quibusvis universis nullis penitus exceptione
pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservatis sed omnibus in genere
et singulis in specie comprehensis genere per speciem et e contra in
nullo derogando verum ita late longe circumferentialiterque prout praefato-
rum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo ex-
tendit et protenditur et prout eadem bona ipsemet regens tenuit habuit
et possidebat ac ipsum concernebat eidemque serviebat. Iam ex nunc
et de facto Generoso Christophoro Jedrzeiowski filio suo eiusque posteris
dedit donavit ac titulo puro mero perpetuo et irrevocabilis donationis
inscripsit et resignavit prout praesentibus dat donat ac titulo puro mero per-
petuo et irrevocabilis donationis inscribit et resignat praesentibus perpetuo

Jn[illegible] Paw-
lus Jedrzeiowski eidem Gnoso filio suo eiusq posteris coram officio
praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq
possessionem per Ministerialem quemcunq et Nobiles duos ipsi nec ab
officio praesenti additos die quacunq voluerit officiose acceptandam
Per ipsum Gnosum Christophorum Jendrzeiowski aut eius successores
bona eadem modo praemisso resignata iure haereditario tenendi habendi
possidendi illisq pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos
suorumq successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter
convertendi perpetuis et aeviternis temporibus. Debetq et
tenebitur memoratus regens Gnosus Paulus Jendrzeiowski suosq
successores Bonis suis quibus omnibus et summis pecuniariis
habitis et habendis praefato Gnoso Christophoro Jendrzeiowski
eiusq posteris inscribit et obligat ipsum et ipsius successores in
eisdem bonis donatis et ratione eorundem bonorum ab omni et quavis im-
petitione iuridica quacunq personarum cuiuscunq conditionis status
et sexus existentium per omnes processiones terrestres [illegible] ad quod-
libet personam terris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio
et officio Regni exorituri tam in toto quam in parte totiens quoties
opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac eliberare
indemnemq et indemnes reddere. Nec non bona praenominata donata
tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus
prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam
a quibusvis citationibus in eadem bona importatis et importandis
lucris denique et perlucris ac processibus iuris quibusvis in quocunque
puncto et gradu iuris dependendi et in quovis Iudicio et officio Regni

obtentis

obtentis et obtinendis in eisdem bonis donatis profectis et
prodicendis emundare et liberare mundamq et liberam seipsum
ac actualem intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose
requisitum non denegare imo libere et effectualiter dare et admittere
datamq et admissam quovis modo tam per se quam per suas quas-
vis submissas et subordinatas personas non adimere nec praepedire.
Ipsumq donatarium suum eiusq posteros in dictis bonis et ratione eorun-
dem bonorum tam in toto quam in quavis minima parte non inquietare
Stant eadem bona donata idem Gnosus Christophorus Jendrzei-
owski suis cum posteris quiete et pacifice praesentibus inscriptionis suae
donationis vigore [quiete et pacifice vigore inscriptionis suae donationis]
tenere et possidere queat. Idque sub damnis terrestribus simpliciter
absq corporali iuramento taxandis per eundem regentem aut eius
successores praefato Gnoso Christophoro Jendrzeiowski eiusq posteris
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in
toto quam in parte totiens quoties opus fuerit ad solvendum succumbent
Ceterum idem regens Gnosus Paulus Jendrzeiowski eidem Gnoso
filio suo eiusq posteris dat et concedit plenariam facultatem
et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem donationem ex his
actis Castrensibus authenticis de promptitudine ad Acta Terrestria Pre-
misliensia quandocunq voluerit transferendi et transportandi quae
transportata tanti valebit ac si per ipsumet regentem transportaretur
Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae
idem regens Gnosus Paulus Jendrzeiowski se suosq suc-
cessores in et super bonis suis quibus omnibus et summis pe-
cuniariis habitis et habendis suprascripto Gnoso Christophoro Jen-

drzeiowski eiusq[ue] posteris inscribit et obligat non contradictur
imo eandem probat et grato suscepturum. Sub similibus et specialiter
damnis Terrestribus per praedictum regentem Gnosum Paulum Jen-
drzeiowski eiusq[ue] posteros praefato Gnoso Christophoro Jendrzeio-
wski filio suo eiusq[ue] succoribus ob contradictionem transportationi
inscriptionis praesentis modo praemisso fienda totiens quotiens opus
fuerit persolvendis succumbendis. Pro quibus quidem damnis Ter-
restribus praefatis simplici absq[ue] corporali iuramento taxandis citatus
exnunc memoratus regens Gnosus Paulus Jendrzeiowski eiusq[ue]
successores ad instantiam suprascripti Gnosi Christophori Jendrze-
iowski filii sui eiusq[ue] posterorum ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premislien[se] extunc recessu suprascripto quoad renovum
spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare iuri parere videre damna praefacta Terrestria
luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit
ac tenebitur seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia obligat eun-
dem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
causae eiusdem terminos semper peremptorios esse infirmi-
tate pro maiori minoreve etate successorum legone intra volun-
taria gnum servitio militari ad munimentum ad Evictionem vel aliis qui-
buscunq[ue] dilationibus et legalibus impedimentis non differendum ad quieta-
tionem vltra processus terminos officii praefati Castrensis Premislien-
dilationem sibi non recipiendam nullasq[ue] motiones appellationes ac earum
prosecutiones faciendum ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tractatis
cuasionibus suspensionibus fatalibus iuris proscriptione Terrae bello Con-
tentioneq[ue] et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfu-
giendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Lubieniecka

Lubieniecka Dembickiey Cedit

Extrad[ita]

Comparens personaliter coram officio actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus]
Premislien[sibus] Generosa Zophia de Pachowo primano olim Gnosi Joannis
Zolski consors ad praesens vero Gnosi Andreae Lubieniecki secundaria
nuptiarum consors legitima cum eiusdem mariti sui viri tutoris coniugalis
assistentia sana mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus
iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic au-
tem iurisdictioni Castrensi Premislien[si] quoad actum praesentem attinet seq[ue]
successoribus bonisq[ue] suis quantis omnibus totaliter et plenarie incor-
porando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit: quia ipsa de omni et integro iure suo valles de inscriptione Castren-
si Sanocensi et per transportationem Terrestri Premislien[si] sive alia quavis
sibi reguli per Gnosum antiquum maritum suum super summam mille quingento-
rum floren[orum] pecun[iae] polon[icalis] ratione dotis item et aliam similem summam
mille quingentorum floren[orum] ratione dotalicii in et super tota et integra medie-
tate omnium bonorum ipsius modo reformationis inscriptis et assecuratis necnon
de summis vtrisq[ue] tam dotis quam dotalicii bonisq[ue] eidem Reformationi
subiectis cum omni praemissorum iure dominio et proprietate cumq[ue] omnibus et
singulis inscriptionis praefatae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis
ligamentis et nexibus q[ue] to universis summa praefata bonorumq[ue] Reformati-
oni subiectorum vtilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obven-
tionibus attinentiisq[ue] et pertinentiis quantis vniversis nihil ex praemissis pro
se et suis successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout
praemissa omnia ipsemet regens tenuit habuit et possidebat ipsoq[ue] con-
cernebat ac eidem serviebat. Tamen nunc et de facto Gnosae Evae Annae
Zolska cum praenato Gnoso Joanne Zolski priore marito suo susceptae
filiae Gnosi vero Georgii Debicki consorti eiusq[ue] posteris cedit et